

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Blasphemia b
cum fontibus proximo et primo

Mos erat Iudeis cum aliquid blasphemie
audiebant, scindere uestes,
sicut Paulus et Barnabas
cum cultu diuino honorarentur,
scinderunt uestes suas.

Rabanus ibidem super Mattheum.

Summus autem sacerdos scindens....
Mos iudeorum erat cum aliquid blasphemie
et quasi contra deum
audiunt. scindere vestimenta.
quod etiam Paulus et Barnabas
cum in lichaonia quasi dii honorarentur.
fecerunt.

Glossa ordinaria, liber euangelium secundum Marcum,
14 (Biblia Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed.,
Strassburg, 1480).

Sed et
consuetudinis Iudaicae est, cum aliquid blasphemiae
et quasi contra Deum
audierint, scindere uestimenta sua.
Quod Paulum quoque et Barnaban,
quando in Lycaonia deorum cultu honorabantur,
fecisse legimus.

Rabanus Maurus, *Expositio in Mattheum*, 8 (CCCM
174A, B. Löfstedt ed., p. 719, ll.42-45).